Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



meum et tenuerunt eum. Vnus
aut de astantibus educes gla
dium percussit seruum summi sacerdo
tis. et amputauit eius auriculam.
Et respondens ihesus ait illis. Tan
quam ad latronem existis cum gla
dis et fustis comprehendere me. Cot
idie eram apud uos docens in tem
plo et non me tenuistis. Sed ut im
pleantur scripture. Tunc discipli
eius relinquentes eum omnes fu
gerunt. Adolescens autem quidam se
quebatur eum amictus sindone su
mido. et tenuerunt eum. At illa re
iecta sindone nudus profugit ab
eis. Et adduxerunt ihesum ad
summum sacerdotem et conuene
runt omnes sacerdotes et scribe
et seniores in unum. Petrus au
alouse secutus est eum usque in
atrium summi sacerdotis et sed
bat cum ministris et calefaciebat
se ad ignem. Summi uero sacer
dotes et omne consilium quiebat
aduersus ihesum testimonium fal
sum ut eum morti traderent nec
inuenebant. Multi enim testimo
nium falsum dicebant aduersus
eum et conuenientia testimonia
non erant. Et quidam surgentes
dicebant falsum testimonium fe
rebant aduersus eum dicentes.
Quoniam nos audiuimus eum
dicentem. Ego dissoluam templum
hoc manu factum. et post triduum
aliud non manufactum edificabo. et
non erat conuenientes testimonium
illorum. Et exsurgens summus
sacerdos in medium interrogauit
ihesum dicens. Non respondes quid
quam ad ea que tibi obiciunt ab
his. Ille autem tacebat. et nichil re
spondit. Rursum summus sacerdos
interrogabat eum et dixit ei. Tu
es christus filius dei benedicti. Ihesus
autem dixit ei. Ego sum. Et uidebitis
filium hominis ad dextram dei seden
tem. uirtute et uenientem cum
nubibus celi. Summus autem sacer
dos scindens uestimenta sua ait.
Quid adhuc desideramus testes.
Audistis blasphemiam. Quid uo
bis uidetur. Qui omnes condemp
nauerunt eum esse reum mortis.
Et ceperunt quidam conspuere eum
et uelare faciem eius. et colaphis
eum cedere. et dicere ei. Prophe
tiza. Et ministri eum alapis cede
bant. Et cum esset petrus in atrio
de sum uenit una ancillarum sum
mi sacerdotis. Et cum uidisset pe
trum calefacientem se aspiciens
illum ait. Et tu cum ihesu nazare
no eras. At ille negauit dicens.
Nec scio. nec noui quid dicas. Et
exiit foras ante atrium et gallus
cantauit. Rursus autem cum u
disset eum ancilla cepit dicere ar
astantibus. Quia hic ex illis est.
At ille iterum negauit. Et post
pusillum rursus qui astabant di
cebant petro. Vere tu ex illis es.
nam et galileus es. Ille cepit autem
anathematizare et iurare quia nescio
hominem istum quem dicatis. et
statim iterum gallus cantauit.

227